



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 1. Nomen.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

Duché de Curland.	Godlinga: <i>Godlingen</i> , vbi aliquando commoratur Dux Curlandiæ, creditur primaria Ducatus ad Fl. <i>Vin-</i> <i>douu.</i>
SEMI- GALLIA	MITAVIA: <i>Mitauu</i> , aut <i>Mitouu</i> , vbi ferè dedit Dux Curlandiæ in loco irriguo condita.
Semi- gallen.	Soilemburgum: <i>Solembourg</i> , arx & præfectura. Doblinum: <i>Doblen</i> , castrum perelegans.

C A P V T VII.

Regnum Danicum.

FX duobus regnis conflatum est Danico & Noruegico, quæ quando firmius coaluerint suprà docuimus. Cùm ergo sub Christiano primo Sueci defecissent, & in rebellionis communio nem Noruegi venissent, postea pollicitationibus huius Christiani reuocati sunt, & exinde in fide perstiterunt, atque eorum ope Rex Daniæ vindicauit sibi, aut detexit Insulas, de quibus postmodum in Noruegiâ agemus.

§. I. Dania in genere, le Dannemark.

N V M. I. Nomen.

NOMEN credunt omnes à Dano primo Danorum Rege deductum, id è que dictam *Danmarchiam*, quasi *Terram Dani*. Philippus tamen Cluuerius, ut suprà in veteri Scandia notauiimus, hoc nomen primò deducit à voce *Theuth*, quæ Deum sonat, & postea à Saxonibus *God*, vnde qui antea *Theutoni* dicti *Godani*, ex quo primâ syllabâ expunctâ Dani dicti sunt. Alij à voce *Daneman*, quæ dictio viros aquosos significat, à voce *Aha*, quæ illis est fluuius.

N V M. 2. Quantitas.

QVANTITAS Daniæ non satis commodè proferri potest. Quia multas Insulas complectitur, & continens crebris æstuariis lancinatur, si tamen ex cælo terræ mensura colligi potest, eius *latitudo Geographica* desumitur à gradu 54. ad 57. cum dimidio, ac proin-

X iiij